


Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.



Mr. 6.
S
H
e
r
v
e
r
y
H
o
m
e
26


COMOEDIA

SACRA, CVI TITVLVS

JOSEPH, AD CHRISTIANÆ IV.
Centutis institutionem iuxta locos in-
uenientis ueterâque urtem, nunc primum ex scri-
pta ex edita, per Cornelium Crôcum Aemstero
dami ludimagistrum.

Ex Genesios capite XXXIX.XL & XLI;

d. monteul



11-25

P A R I S I I S,

In officina Christiani Wecheli, sub scuto

Basiliensi, in uico Iacobeo. Anno

M. D. XXXVII.





COR. CROCUS AEM-
STERODAMVS M. MARTINO NI
uerio Aemsterodi uirgnum Gertrudensium
moderatori meritissimo S. D.



Ptini p̄cipiunt Sapientes, Niuent
charissime, optima primū, & ab opti-
mis discenda. Vera autem sapientia n̄
bil esse melius, abūdē nobis sacre con-
stantur literæ: quare huius & pri-
mū esse debet, & precipuum studium, quum omnia
bus, tum ante omnia Christianæ adolescentiæ. Frustrā
enim uiuit, ni rectè uiuitur. Frustrā autem inō uerd
maximo nostro malo ut melius fuerit; iuxta Christi de
Iuda sententiā, omnino non nasci. At uiuendi recte, sa-
pere est & principium & fons. Quid enim aliud Vul-
cania arma; quibus Homerus Achillem suum, Aeneam
Vergilius, studiose adeō munivunt? Quid illæ efficacis
succi herbeæ, quibus per media monstra ad uellus aure
um penetratur? Quid moly repertu difficultimum, sed
contra omnia ueneficia presentissimum antidotum?
Quid laureus surculus, consilia omnia bene fortunans?
Quid dñique aureus ille ramus, quo tutò etiam infes-
ti adeuntur? nisi efficacissima sapientiæ decreta; quibus
obfirmatus animus, omnibus fortune telis, cupiditatū in-
cantamentis, uitiorum monstribus, euadit superior, numi-
tū iam quam homini similior. Hæc enim, inquit sapiēs,

a ij

amicos

4

EPISTOLA.

amicos dei & prophetas constituit . Neminem enim
diligit Deus , nisi eum qui cum sapientia inhabitat . Sa-
pien. Et rursum : Nam per sapientiam sanati sunt ,
quicunq; placuerunt Deo a principio . O uerbum dignissi-
mum quod exaretur in libro , uel plumbea lamina , si
lo ferreo , aut coelo incidatur in silice , quo semper pau-
lis obuersetur nostris , & animo penitissime infigatur .
Curatione opus est per sapientiam , ut liberemur ful-
titia colligata in corde humano , si Deo chari esse uo-
lumus , ut certe uelle debemus omnes . Huc nos prouo-
xit etas oannis , dum posterioribus studijs , grauioribus ,
utinam etiam melioribus , priora leuitatis condemna-
mus . Negligimus putri infantie crepundia : ridemus
adolescentes pueritiae luditera : iuvenes adolescentie
inconsulta consilia , & insanos repudiamus affectus : ui-
xi iuuentutis dolemus tum præcipitantiam , tum inten-
peratiam : senes , superiorum etatum & uitia gemimus ,
& cum sera tam paenitentia est , mutata alipimus . Ata-
q; adeò , in eisdem sepe etatibus affectus affectu , uolu-
ptas uoluptate , libido libidine , seu clavis clavo , paxil-
lus paxillo , quod aiunt , pellitur . Quin igitur , quam su-
ape uanitatem , cuncta fastidium nobis sui , paenitentiāmque
subinde pariant , quumq; etas oannis ad sapientiam pro-
peret , in tempore potius rebus nostris salutiq; consulē-
tes , operti seculi discessis tenebris , malorum blandienti-
um aliginem abstergimus . Nam , ut subijciamus paulis
sper oculis hominum uitam , quid ea est oannis , nisi leuis
fina bulla , aut inanis umbra , uel , ut significantius ait

Pindarus .

EPISTOLA.

5

Pindarus, umbræ somnium: proail si spectes, magnum
quiddam esse putas, quod hebeti uidelicet sumus obtu-
tu: ubi uero propinquæ, euaneſcit: ut autem felix ali-
quid aut diuturnum uideatur, ſtultitia noſtra facit, atq;
eui breuitas: quum quotidie, nunc uita, nunc mors, nunc
risus, nunc lachrymæ, nunc gaudia, mox luctus, nunc fe-
cunda, mox aduersa, hodie diuitiae, eras inopia, hodie
affluentia, cras egenitia, modò lucrum, modò dampnum,
modò honores, modò repulſæ, gratia & contemptus,
amor & odium, pax & bellum aſſidue alterneſt: adeo
omn̄a hic, ad exagitandos miseros mortales armata
ſunt. Quo numerum animi tranquillitatē redimenter,
infrugiferis mundi laboribus longa ſalute dicta, potio-
ribus inuictus; atq; ita potioribus, ut precipuis
ita precipuis, ut ſolis. Primum, inquit Christus æterna
ſapientia, querite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & haec
omnia adiicientur uobis: Fingamus nos in editiorem
paulisper ſpeculam subduci, ut quoddam fratrem ſuum
subduxit Solon, ut rerum inſtrà iacentium faciem, in
mo fluctuantis mundi turbines contemplemur, mox ſeculi
nos etiam pigebit, pudebitq; uel potius misereſet. Sed
omnis uitæ incōmodis (que & odiosū fuerit referre,
tam ſunt miſerāda: & longū, tam ſunt multa, aut ueri
ū innumerā) uel illa que, ueri inſtitia, in homine dicā
tur bona, q; nihil boni habeat, cōſideremus, ſed paucis,
ut hoc loco. Ac primū, que bonorū nomine ſola uulgò
cēſeri audimus, quæq; in primis miſeri mirātur mor-
tales, nimirū opes, cum magno labore quaerātur, maiori

a iiij aura

EPISTOLA.

cura seruentur, maximo dolore amittantur, siveq; omnis
flagitij et magistræ, et ministriæ, quid tandem boni
habent, ac non potius mali plurimi? Vbi, inquit Christus,
thesaurus tuus, ibi et cor tuum. Et rursum, Quam
difficile qui pecunias habent, in regnum dei intra-
bunt? Facilius est enim, camelum per foramen acus tra-
stre, quam diuitem intrare in regnum dei. Quid Salo-
mone sapientius? quid eodem religiosius ac Dei ama-
tius? et tamen ad quantū religionis Dei q; contempiū,
opū eum affluētia deduxit, quam sapienter deprecans,
sive idem, sive alius quisquam sapiens Hebreus, Prover-
biorum 30. In opiam, inquit, et diuitias ne dederis mi-
hi; suppedita nibi tantum uictui necessaria, ne quando
fatur factus mentiar, ac dicam; Quis est Deus? neque per
inopiam furtum committam, et periuria polluam no-
men Dei mei. Quin Phocion, quanquam ethnicus et te-
nus, regijs ei Legatis magnam auri uim dono afferen-
tibus, recusauit accipere: ae instantibus, ut liberis sal-
tem suis dari pateretur, respondit: si frugē esse uelle,
quatum eis agellum, quo ipse contentus clarus et aserat,
sufficietur ad honestatem; sin minus, nolle se iporum
alere luxuriam. Quanto hic sapientius, quam Croesiq;
qui nostri, uerius quam Christiani, alioqui pauperis
Christi discipuli, et ad coelestis hæreditatis posseſſio-
nem uocati? Pecunia enim quasi malis uenenum imbuta,
corpus animumque uirilem effeminat, inquit Salust.
Et D. Paulus noster: Qui uolunt ditescere, incident in
tentationem, et laqueum, et cupiditates multas; ful-

EPISTOLA.

7

tas, ac noxias, quæ demergunt homines in exitium, et
interitum. Siquidem radix omnium malorum, est studi-
um pecunia. &c. i. Timo. 6. Quanto satius est, alteram
manum implere cum tranquillitate, quam utrunque cum
perpetuis, iisdemque supereracuis sollicitudinibus, ut iam
de pernicie taceam, quibus dies ipsi tenebrae sunt, et
uita dolor et afflictio spiritus, nempe.

Dimidium quam sit toto præstantius, atque

Quanta sit utilitas malorum asphodelique uirentis,
Haud norunt stulti.

Non enim in abundantia cuiusquam, uita ciuius est, ex his
que possidet, teste ipsa ueritate in Euangelio. Abundè
diues est, qui Christum summum bonum possidet, qui
preciosam illam margaritam bona mentis, qui de fossum
in agro dominico sapientie thesaurum inuenit, qui à
Christo aurū emut ignitum, probatum, diuinorū cloqui
orum, qui bene gestorum substantiam recondit. Hæc e-
nun sola nullis fortunæ casibus obnoxia, sola abeuntem
non deserunt dominum. Diues ille euangelicus, exple-
uerat horrea frugibus, et iam non de seruando, sed de
fruendo cogitabat, et ramen audit à Deo: Stulte, hac
nocte animam tuam repetunt abs te; que uero parasti
cui cedentes sic, inquit, qui recondit sibi, nec est erga De-
um diues. Et alias: uæ uobis diuitibus, qui habetis con-
solationem uestram. Iam quid uoluptas, esca, ut ait Pla-
to, malorum? quid, nisi mera est insania, et phrenetici
risibus simillima dulce uenenum, blanda pernicies, que
quum in sincera est omnis, uel ethnico poëta teste, tum

a iiiij etiam

8 EPISTOLA.

etiam exigua, hac paulò moræ eternis cruciatibus huenda.
Nec seciùs hic interim luculentis dànosa iacturis, opū
formæ, ualitudinis, temporis, fame, quodq; maximū, bo-
ne mentis. Quid autem stolidius, ac pecudi uicinus, q
hominem, ratione præditum animal, diuinum plasma,
ad angelorum consortium, ad diuinitatis cōmunionem
destinatum, bruta & mortuæ carni deditiū uiue-
ret ut huic ad horam obsecquare, à conditore, in modo redem-
ptore, in modo seruatore, deficeret ut hec perditæ uiuat, a-
nimam occidere ut hec fluxis ac breuibus fruatur gau-
dijs, perpetuos tibi luctus comparare? Vnde, inquit Christus,
uobis, qui ridetis nunc, quoniam flebitis. Respiciā-
mus diuitem epulonem, post breues uoluptates eternis
ignibus mancipatum, ne aquæ quidem guttam ardenti
lingue impetrare posse; sed contra, audire opprobri-
um Abrahām: Recordare q; ce peris bona tua in uita
tua. Vera & unica uoluptas est, gaudiū spiritus ac pu-
re conscientiæ, quam Salomon iuge dicit conuiuum.
Quid dicam de glorie mancipijs, quavis bullæ & ina-
nioris & lepioris, pariter ac fugacioris? qui hominibus
magis q; deo placere dum student, dum laudari cupiunt,
ad hominiorum opinionem uiuunt, et quod est ame-
tissimum, sui præcium de vulgi opinione estimant, pes
simi iam olim tum uiuendi, tum sentiendi autoris, ex cui-
us nihil sanum ueteri, ueroq; prouerbio lactatum est.
At uobis, inquit Christus, quim laudarint nos oēs
homines. Et rursum: Quomodo nos potes̄ credere, qui
gloriā à uobis iniucem accipitis, ex gloriā que à
solo

Solo deo proficiscitur, non queritis? Unicus autem ho-
nor est a deo collaudari, certissimo iudice, et unico nō
sociosq; et munerario. Qui gloriatur, inquit beatus
Paulus, in domino glorietur. Non enim quem homines
commendant, ille probatus est: sed is quem dominus co-
mendat, cui soli debetur omnis laus, honor, et gloria.
Longum hic foret cetera percensere, quae mundus im-
mensus pre se fert sublimia; satis ex his perspicere est,
q; cæcus error sit mortaliū; utq; dum umbris inbiant,
res ueras amittant. Maxime autem huic malo affinis, a-
dolescētia ac iuuentus est, quippe cuius stultitia comes
est. Stultitia autem dicit ad interitum. At sapientia li-
gnum uite est, cuicunq; contigerit, et beatus est quis-
quis eam nactus fuerit. Quam, quanta proinde diligen-
tia docet filium suum sapientiis. Salomonis quam solici-
tè inauclat, atq; infigit: quam studiose commendat: ut nun
quam sibi in adhortando faciat satis: quasi sapientiam
amasse, propemodum perdidisse sit: itidem ut Sogra-
tes, perfectū sibi opus dicebat, si quem sua oratione ad
sapientie studium reddidisset inflammatiorem. Nos i-
gitur utrumq; optime Martine, et docere Christianam
pubem tam salutarem sapientiam, et ad eandem co-
hortari sapientes, ad eamq; rem non uerba tantum: sed
multiq; maximè exempla, non minus necessaria, quam
apposita cognoscentes, delegimus ex optimis, nempe sa-
cris, lögè optimum pulcherrimumq; Ioseph patriarchæ
exemplum, et huius rursum longè optimam meher-
cle pulcherrimamque partem, et que teneret etati,
que

que gratis ac iucundis magis quam seruis capit, facile sit et iucundissima et gratissima futura, non equidem sine mente, reor, si nenumire diuimus: ut, quum ipsa rei geste fide, tum narrationis voluptate, et gratia, quod dici solet, breuitate inescati, cupidè percipiant animi dociles, teneantque fideles. Is enim et præclarissimum sapientia exemplar est, et singulare documentum, eum, cui illa adest, omnibus abundare virtutibus. Quod enim tandem virtutis genus esse potest, cuius non specimen eius historia habet, perinde præstatissimum, ut gratissimum ad eo, ut quid cui præferas, nescias: atque ita clarum, ut loqui quasi videatur. Quis enim melius de prudentia precipere queat, quam hic exemplo docet suo, in quo quis fortuna gradu? Quis uerbis docere, quantum hic erga omnis generis homines, cum quibus ei conflictari contigit, iustitiae presertim et equitatem? Temperantia uero et fortitudine tanta, ut, que uerbis fidem inuenire non possent, ijs re ipsa fidem fecerit. Quin, unico facto quatuor expressit uitatum fontes, dum ab improbis heretis amplexibus, debitate hero fidei respectu, et continentie amore, ambiguus eventus periculo fortiter contempto, prudenti fugae se se expedituit. Magni uiri, atque adeo maximi, ceteri patriarchæ et prophetae, Abraham quidem impigrasse, Isaac sinceræ mentis puritate, Jacob iniulta laborum tolerancia, atque alij, aliis certæ virtutis eminentia, maximè suspiciendi: at hic omnibus, undecunque, ex equo, summe admirandus. Nisi quis eam sotré contendet

tendet fuisse eximiam, que in hoc, pene dixerim, su-
per fidem fuit, in tam elegantia forma, tam lubrica etia-
te, tanta facultate, cæstionia, et huius comes, nitor qui-
dam gratia, quo factum est ut ab omnibus praæce-
ris amaretur. Sed æquè sane insignis, si non magis illa,
ante euangelium planè euangelice perfectionis, tum
mansuetudo, qua summam fratrum iniuriam nec uerbo
opprobriauit, ne dum uindicauit, imò cumulata pensa-
uit beneficētia, tum innocentia, qua grauissimam heret
salumniam nec in carcere prodidit, suam contentus excu-
sasse & volerat ap. Nec minus singularis illa prudentia,
qua tam grauem ac diuturnam famem mirabiliter con-
iectauit uenturam, mirabilius temperauit, summa uig-
lantia se piennem commeatus conuehens, summa iusti-
tia & qualitatem per omnia seruans, dum aveu uulnereis
ex, qua sine inequalis est & qualitas. Argumento est,
simil et magno nobis religiosis documento, quod su-
um sacerdotibus, licet idololatris, habitum uoluit hono-
rem, Denique summa integritate sibi nihil, regi omnia
acquirens, ad publicum stabilitamentum potestati, que
omnis à deo est, teste Apostolo, tanto ante Apostolum co-
sulens, non ita ut popularis ac uani fauoris studio, spe-
ciem liberalitatis de alieno largiendo menseiretur, rem
& uirtutem negaret, sed ut parcius insumerentur, que
in multos annos tum Aegyptijs, tum finitimis debe-
bant sufficere. In summa euenit mihi per huius uirtutes
circumferenti animum, quod Paridi illi Lucianico in
dearum iudicio, qui negans sibi, in tanta diuinarum for-

marum

marum excellentia satis constare posse iudicium, &c.
¶ Quidam, τὸν τοῦτο περὶ διοίσεως καλεῖ, οὐδὲ διὸ διοίσεως
τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἰσὶ τοῦτο τὴν ἑτέραν μεταράσσον τίνει
διοίσης απότομά τοις, εἰς τούς sequuntur. Huius ergo uitam,
absolutissimum sapientiae exemplū, & paræsim, &
penè dixerim exegesim, sic etiā tractauimus unius dei
opt. max. benignitate, ut non pauca sapientie decreta
asperserimus, τὰ δὲ absynthiū melle prælitū, animo mo-
ribusq; formandis non parum cōductura σωτῆρι τῷ θεῷ
in usum Christiane pubis, cui hic omnis desudavit la-
bor. ut nihil gradū ieiunii videar, ab sit uerbo inuidia,
ad ethicā philosophiā, quā Socrates de cœlo in terrā,
D. Erasmus Rot. pridem in sermones & colloquia, qui
busdē exceptis, deduxit, sub' oculos ac conspectū etiam
puerorum producendam: que qui cordi ac memoris
habuerit, facile vulgi (quo nihil unquam penè fuit
corruptius, ne apud ethmicos quidem, quod ad opinio-
nes de moribus attinet) euaserit dissimillimus. Quicq; qd
enim penitus inhaest animo, id quisque uita exprimit,
nec uirtutum cōstanter tueri potest, qui de turpi atq; ho-
nesto nullis certis opinionibus mentem imbuuerit. Neg-
tamen totam beati Ioseph uitam sumpsimus tractandā,
nec enim ea unius conœdia res foret; sed à tentatione
dunitaxat heret, usque ad liberationem eius ē carcere.
Nam quid minus ad nuptias usq; perduxerimus, quium
id postularet, prater artis rationem, etiam ipsa actua-
rum, ut à nobis concepta erat distributio, fecit primū
insignita illa, quam nosū, in gratitudine ad quam deinde
accessit

accepit grauiorum studiorum necessitas, & alioqui
satis, quod ad hanc historię attinet partem, exempli
pueris propositum uisum est. Nec est tamen quod quis
preter artem factum ob id cauilletur, quando co-
nuco satis est in latum exitum rem deducere, ut te-
stantur, præter Graecas, non paucæ Plautine como-
die, nominatim Captiuei. Illud magis mouere iure
posset, quod duas historie partes in eandem conclua-
simus actionem, longo temporum intervallo distan-
tes, nisi huius rei exempla, ut Græcum Aristophae-
num taceam, apud Latine etiam comoediæ prin-
cipes Plautum ac Terentium extarent. Huius enim He-
autontimorumenos, comœdiarum eius prestantissima,
duobus diebus illius autem Captiuei, etiam multis
interpositis diebus agi finguntur. Non sic tolerari
potest, ut longè lateque dissita loca in unum subito
proscœnium cogantur: qua in re per se absurdissima,
& nullo veterum exemplo comprobata, nimium sibi
hodie quidam induxerunt. Quod si cui uidebitur forte
philosophica nimis is cogitet, præter quam quod talis
ipsa est historia, etiam ab optimis doctissimisque iudi-
cari, omnem Græcorum philosophiam ab Hebreis, atq;
hoc in primis Ioseph esse profectam. Nihil hic iam o-
pus arbitror, ut pluribus opellam hanc mean commen-
dem, quando & comediam esse ostendimus, & histori-
am, & quidē sacram, ut quicquid laudū utriq; tribui-
tur, tribuitur aut ab omnibus plurimū, plus etiā sacre
debeatur & huic nostrę; nisi quatenus utriusq; laudē
culpa

culpa detriuimus ingenij, de qua re aliorum cito iudicium. Tantum illud Lectorem admonuerim, quod sum monet Plinius, ut subinde titulum legat, memineritque eum non comediam tantum, sed eam sacram promittere. Volui equidem anser strepere inter olores, ut a dacia mea doctiorum segnitatem extimularem, cuiusmodi hanc scio an unquam alias copiosior, quam hoc aenio, fuerit prouectusquare sepe mecum stomachari soleo, tam salutarem operam sic iacere neglectam. Sunt in propinquuo hic Cornelius Grapheus, & Petrus Natus Alcmarianus, doch ad primè homines, & facilitate carminis, & inventionis promptitudine, & ingenij festinuitate non vulgari. Sed ne foris queram, sunt domi & ad manū, ut autem, in una nostra Rep. Aemsterodama, præter alios publicè etiam celebres. D. Nicolaus Cannius, & D. Erasmo Rot. non uno loco laudatus, M. Iacobus Iusti fil. M. Ludolphus Hillebrandi fil. utrique hic diligentissimi pueritiae formatores, ad hanc rem omnium opinione appositiores. Ille autem etiam ad tragœdiam Christianā, si modò facultati, quam habet maximā, per otium suppeditaret. Ut iam tantam subolescentium ingeniorum spem fileam, quorum ut primi sunt, ita facilē maximis futuri, ornatisimī doctissimīq; adolescentes, Sibradius Occo, & Heimanus Ruischonius. Quos omnes equidem in hoc nomine, ut publicè prouocati, adesse tam pio negocio ne grauentur. Atque utinam uel in posteriore huius ipsius historie parte, comicam suam facultatem, uel in priore, tragicam experiri possint,

beat, aut si malint in reliqua bibliorum scriptura huiusmodi argumentorum feraciſſima, uberem facile materia inuenturi. Neque uero nouum quis paret eſc quod moneo, antiquum fuit Christianorum ſtudium, ſacra poēmatijs celebrare, non Latinorum modo, ut Prudencij, Sedulij, Iuencii, Aratoris, & D. Hieronymi, qui de Psalterio hexametros uerſus luſtit: uerum etiam Graecorum, ut Nonni Panopolitani, Gregorij Nazianzeni, & complurium aliorum: sed quod proprius ad nostrum iuſtitutum attinet, Appollinaris omni scientia inſigniter instruclus, ut autor eſt Sozomenus, dominante Iuliano, pro Homeri poēmate, uerſibus heroicis Hebraicas conſcripſit antiquitates, uſque ad imperium Saul. XXIII. libris, iuxta numerum & nomen elementorum Graecorum, ad imitationem Homeri, opus omne partitus. Comedias item, & tragœdias, lyricasque odas, Menandrum, Euripidem, & Pindarum imitatus, ex diuina scriptura ſūptis argumētis. Stephanus etiam quidam, de Christi cruciatu tragœdiā ceciſſe memoratur. Quin Iesuſ ille filius Syrach inter laudes uirorum uerè glorioſorum illam etiam ponit, quod in adolescētia ſua ſtuduerint musicis modis, & celebrarint carmina scripturarum. Cuiusmodi immane quanto ſatiū erat lubrica etati, cui, ut D. ait Hieronymus, etiam tuta timenda ſunt omnia, queq; nondū potest uitæ ſue habere modum, discenda proposuſſe, quam ethniſcarum fabularum namas, & in hijs maximè comicas ingeſſiffe hoc eſt, oleum addidiſſe camino. Studium

dium enim humani cordis prauum est à pueritia, ait ipse qui condidit: et dociles imitandis turpibus ac prauis omnes sumus, ut nullus etiam accedat magister ad eam rem improbus. Corrumptunt bonos mores, non modò colloquia, uerùm plus etiam lectio, atque hac etiam amplius prælectione mala. Scitum est illud Iuuea

Nil dictū fœdum uisuī; hac limina tangat, (nali) Intra que puer est: procul hinc procul ite puellæ Lenonum, et cantus pernoctantis parasiti.

Maxima debetur puerio reverentia: si quid

Turpe paras, ne tu pueri contempseris annos.

Rectè proinde D. Erasmus Rot. in apologetica colloquiorum epistola, Plautinæ prælectionis permissionem propè probro obijcit quibusdam, quam et crassissimè facetis Poggij facetijs comparat: Et Lactantius ille Firmianus in sc̄anis, inquit, nescio an sit corruptela uitiosior. Nam comicæ fabule de stupris uirginum loquantur, et amoribus meretricum &c. Copiosius uero in eadem sententiam Aristotleles Politic. 7. cap. 17: Potissimum igitur, inquit, statim à pueris nec dicant, nec audiant quicquam turpe pueri &c. ac dcinde: Minores autem neque iamborum neque comiciarum scaetatores esse finiat legislator, nisi quum ad eam peruerterint etatem &c. Lacedemonij libros Archilochi maximi poëia, aut certè summo proximi, ut Valerius Max. inquit, è ciuitate sua exportari iuserunt, quod eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim, inquit, ea liberorum suorum

vrū animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingenij prodeffet: Pluribus supersedeo, q. epistolæ modian exceſſi: sed si hæc ethnici, quid Christianis censendum? quibus cœleſtis illa tuba edicit; Scortatio & omnis immodicacia, & auaritia ne nominetur quidem inter nos, ſicut decet sanctos: & obſcenitas & ſtultia loquentia & urbanitas, quæ ad rem non pertinent, ſed potius gratiarum actio. Certe illa à prophana come die prelectoribus cautio preſtanda eſt, ut rem ex ingenio fictam rudiſtas ſciat, quod minus exemplum incident animis. Notum enim eſt, ut interpretetur quidam quasi res geſta, inquit quasi ab iphis geſta eſſet. Quis ſic non corrumperetur uel ferreus? Hanc igitur qualemcumque, nū Niueni, operam, publico pictatis ſudio ſumptam, priuato tibi amicitie noſtra nomine debitam, & puriſimis uotis tuis, ut Deus opt. max. ſalutare rem eſſe uelit, commando, & meritis tuis non uulgari bus dico, dedicōque. Precor ut inter ſacras Muſas ac Gratias tuas diu feliciter uiuas. Aemſterodami, natali D. Benedicti, Anno M. D. XXXVI.

DRAMATIS PERSONÆ.

Magſeruulus.	Sephirah matrona.
Iofeph œconomus.	Potiphar herus, praefectus ſatelliti regiorū, ut qui etiam praefuerit, tum carceri tum ipſi praefecto carceris, ut uidere eſt Gen. 4. 0;
Lorarij.	Hanno pocillator regius.
Puer.	Guluffa carcerarius.

INVITATIO CVM PERIO-
cha Comœdie.

E Hò Viator, ni molestum sit tibi
 Paulisper heic astare, uel morarier,
 Iambicos queſo hos legas ſenarios
 Nouos, uoluptatem nouam qui nunciant.
 Perhendie, hora tertia, in foro, bonis
 Pubes auibus Aemſtelredama aget sacram,
 Nouāmque, nec uisam prius comœdiam;
 Senſis, lepore, argutijs bellissimam.
 Veteres, ſed abſit inuidia, que fabulas,
 Pudore, religione, ſanctimonia,
 Christōque dignis antrit sermonibus.
I oſeph qua Hebreus ſeruiens Aegyptio,
O ris decus uirtute commendans fidem
S eruare pertinax, heret, fulſa, domo
E iectus, accuſatione in carcerem,
P arhone tandem poſtulanſe ſoluitur,
H onoribus cumulatus atque nuptijs.
 Si iudicabis in tuam fore rem, ut bonas
 Bene colloces horas, adeſto tempori,
 Et arbiter noſtre benignus opellule,
 Et candidus ſpectator actiunula.

Prologus

PROLOGVS.
Trimetri.

Quod esse felix omnibus uelit Deus,
 Pariterque faustum, quotquot estis candidi,
 Nigros enim nihil moramur, ni prius
 Sepe abluant noue uoluptatis nouos,
 Grege à nouo, sum nuncius uobis datus.
 Apporto namque, non Plauti aut Terentij,
 Quas esse fictas nos sibi omnes fabulas;
 Vanas, prophanas, ludicras, ac lubricas.
 Verum ueram, sacrāmque porto, ex seriant,
 Castam, pudicam, sic ut ipsas Virgines
 Dictasse Musas, ac Mineruam deieres.
 Nouāmque, iam scriptam recens comediant,
 Cui iure, cui ex re, Ioseph nomen inditum.
 Nil addo qualis exterrā sicut ceterū
 Vostrum illud esto iudicium. At si ille tamen
 Meritò omnibus omnium eruditorum notis,
 Consentur esse uite speculum, atque eas
 Spectare cuncti gestiunt, dum copia est,
 Nihil minus, idem huic historicæ
 Aequom est, ne quid maius dicam, sed uerius:
 Hanc exhibere heic iam cupit, si operam datis;
 Vostrī fauore, nostræ ire in spem gratia,
 Encæniorum ferias, quibus potest
 Modis, honestatura sacras, auxifice
 Christo, simūlque Gratijs fauentibus;

Autore Crwco, publicæ pubes scholæ.
 Ceterum hoc agamus, huc qua uentum est gratia,
 Ut argumentum differam comedie.
 Ioseph fideli pectore reuerens Dei,
 Clari parentis filius clarissimus,
 Pudore plus quam uirgineo, etna fide,
 Totaque uirtutum catena præditus,
 Domi malignis, fratrum odijs exercitus,
 Et demum ab iisdem uenditus, in Aegyptias
 Delatus oras, seruitatem seruunt
 Satellitum præfecto regorum hero.
 Heic dum gubernat creditam sibi domum,
 Aestate florens lubrica, & forma pari,
 Lubidinosis aptæ amore amplexibus
 Heræ petitus, nesciit corrumpier.
 Fugiens, relicto quo prehensus pallio est.
 Quod recipienti se domum illa coniugi
 Prætendit immerentem Ioseph criminans.
 Eumque, falsis percitus querimonij
 Herus, profundo mancipat mox carceri.
 Annis ubi duobus, aut eo amplius,
 Clausus, profecta regi dum diuinatus
 Interpretatur prodigiosa insomnia,
 Et missione, & rem parit sibi simul,
 Dei fauore, & auspicias nuptias.
 Sic uincere animum suet, quam quos animus, hi
 Maiore semper post triumphant gloria.
 Adeste sacri res sacra est ut maxime.

Prophani

PROLOGVS

21

Prophani adesteres prophana est, sed sacrē
 Tractata quæ reddat sacros, lubentibus,
 Ut par est, auribus recepta, ac mentibus.
 Omneis proin opere maxumo orans uolo,
 Linguis fauete, et rem totam pernoscite,
 Quod comicam si forte quis licentiam
 Pedum putarit incessandam, huncce moneo,
 Faciatne intelligendo ut nihil intelligat.
 Extant bonorum exempla, qui cunctis placent,
 Plauti ac Terentij quibus, alijs idem
 Licere facere, quod illi fecerunt, puto.
 Quorum emulari prestat negligentiam, ac
 Morosolorum obscuram diligentiam.
 Quos ut quiescant potius, et faueant, rogo,
 Nouo, piisque puerilem pietatulam.
 Iuuandi publice studio, et mores bonos.
 Quād, ut tam religioso oblatrent negotio,
 Superstitione liquida, et ueteri, in noua
 Re, uerbo ut utar, dent crescendi copiam;
 Nouarum, qui spectandi faciant copiam.

b ij

Protasis

PROTASIS COMEDIAE,
ACTVS PRIMI SCAENA I.

Trimetri.

M A G O.



T dura res est Dij, seruom pro libero
Esse, alieni simul iuris ex iniurie?
Iniquos adeò dominas hoc seclū tulit
Noctes diesq; plus satis usq; est et sup,
Quo factō aut dictō est opus, quietus
ne fies.

Aequom' an iniquom imperent, nihil iam pensi habet.
Quocunque collubitum est, licere postulant,
At olim heris, tum, quom meliora tempora
Fuerē, humanitatis certamen fuit:
Non, ut nunc seruos eodem, quo mulos, habent
Loca. Verū illud duplicit molestiam,
Moriosiaris fortè seruom esse domini
Si contigit, deo irato, quales fere
Plerique. Ceterū multò ille miserrimus,
Heram morosam ferre quisquam perpetius
Cogitur, itidem ut nos hancce, iurgij sine
modo moedstiaque qua faciat muliebris
Nulla adeò ex causa rixarum ipsa autor sibi.
Quocirca me foras eduxi ex edibus
Parumper, heic ut nauicam leuem, modò
Intus conceptam, qua quidem quam commodis
Pridem esse moribus solet nulli grauist
Hercus sed postquam liberius cœpit suis

Iam prident

COMOEDIA SACRA

23

Iampridem inseruire officijs, domo frequens
 Abeisse, Hebræi fretus oeconomici fide,
 Aut bilo oportet, aut amore percitam.
 Sed comprimenda vox est, atque oratio.
 Crepuit fores mirum ni ipsa exit, ut nihil
 Quiet loci relictum! eccam ipsa adest tibi.
 Vtinam nubi heic esset quô me precipitem darem.
 Iam iurgo enecabit credo, imo scio.
 Proin oxyüs hinc me ut intrò cōijciam, optimum est.
 Nam si responsem, irriterem magis. †

ACTVS PRIMI SCAENA II.

Trimetri.

Sephirach. Mag.

Hic sena-
 rius perfic-
 citur in iido
 scena inse-
 quentis.

HEm, quid rei
 Tibi heic cessator? iam ne missus obsecro
 Manu? quid heic mōstri alii? Ma. Ehò, dixim hoc fore?
 Seph. Hoccine agis? an non? Mag. Ego uero isthuc mea
 domina. Seph. Ut
 Te Iupiter Dijq omnes perduint scelus,
 Quo nullus est scelestior, qui uiuat hodie.
 Nequeon' ego ut interdictis audientem meis
 Facere? abi intrò, ex quod factò opus est, face ni uelis
 Cerebro heic tuo uias dispergier. Mag. Lubens.

ACTVS PRIMI SCAENA III.

Tetrametri Lambici, partim Acata-

b iiiij lectici

Sephirach.

Pro Diis immortales, quod genus hoc hominum est?

Vno omnibus anima unum & quæ studium est, esse
aduersos heræs?

Iam ne abist ille? dicere heic quiduis licet? nimis male
Ego hunc metuo, ne mihi ex insidijs uerba impruden-
ti duit?

Circumspectator, cum oculis emisitijs ita usque me
Obseruat malus, ah Ioseph, Ioseph, quid ego nunc te
laudem?

Vt dissimilis es seruorum aliorum? sanè nunquam quid
quam-

Ita magnificè dici potest, uirtus quam id superet tua.

Quæ menem animumque excitat mihi, prorsus ut
oblita sim mei.

Non ista uolgaris, quæ ppe metuque officium facit suū.

Verum germana, uero quæ studio facit.

Sed mihi nimium proba, aduersus animi sententiā mei
Vel proximē q̄ grauiter appellanti respondit, Deum
Scelerum esse uindicem, nullum quem pretereat fla-
gitium?

Atqui maiores hisunt ignes, uerbis quam qui extingui-

Queant, respōdet par uirtuti forma, plusquam humana.

Conueniunt mores diuini, morumque amabilis gratia.

Tum index ingenij, animique speculum, oratio, quam
cordata?

Senarius.

cordatae

Quid uerbis opus est nihil poterit supra. credo quidem
uirtutem

Vna ex naturam, in hoc certasse ornando quidque
possent,

Vires periclitari suas uoluissent ut non pudori

Mihi esse iure debeat, uni huic culpe succubuisse.

Nequeo durare tantum mihi in pectore amor facit in-
cendum.

Qui amarore ex moerore me implet nimio. p.ij. at ipsa
Sperabam infelix ex gratiam iniuriam ab eo, nihilque
Fauore tam obuio sic devincturam, nihil ut quicquam
Recusaturus esset quis etenim seruos homo tantam

Benignitatem herilem non cupidè amplectatur, atque
Etia bene secum esse actum dicat: non magni ducat
Felicitatis loco, heram habere supplicem sibi suam?

Quid igitur faciam? quid restat miseræ mihi? eheu . ne-
qua

Quin lachrumæ quanto minus spei est, tanto magis amo.

Nulla est me miserior domi quæ quod amem assiduè
uideam,

Neque potiri liceat nec qua uia sententia eius

Flecti posset seio. saepè iam eius tentauit animum, saepè

Prehensum soluunt adorta, monui cum bona potius mihi

Vt obsequeretur gratia, quam cum mala frustra omnia

Repulsa spreta rursus illi supplex fiam, qui precibus

Magis indurescit: meq; aliarum ex moribus extimari

Patiar, iniuria quibus amorem addit miserè non faciat

Et si

26 COMOEDIA SACRA

Et si me amor grauiter tenet. potius me ita cōparabo,
 Non perpeti superbi fastidia. quod ultimam possem,
 Nihil prius. neque fortius. magis lubet putare,
 Haud obstinatione mihi negasse. sed pudore.
 Illud cogeo. si forte tandem expugnari queat. tanto
 Deinde in amore futurum mihi constantiorem.
 Experiar itaq;. et si iā sepc me spes hēc frustrata est.
 Deus quoſo benignus erga me ut sit. quod cupiam ne
 grauetur.
 Aggrediar blande. ac benedicē. spero emolleſcat. fa-
 tis ne
 Sic alta incedo: ſatim' hēc me ueffis decet? dedi equidē
 Oper am ſedulō. ita poliendo atque ornando hunc con-
 triui diem.
 Vah. ſalut mea feruasti me. optumē ipſe exit foras
 Diem festiuom. et amoenitatis plenum hunc. o faciem
 bene
 Pulchrā. quantū ore egregio decus enittit! que gratias

ACTVS PRIMI SCAENA III.

Trochaici tetrametri. cataleftici.

Ioseph. Sephirach.

H Eic heram adſtare diebat Mago. atque eccam.
 Seph. Nunc eſt mihi
 Adeundi ad eum tempus. accessero. Ios. Quid
 huic heic eſt rei?
 Sepb. Dij mihi uortant bene. Ios. Pax ubi hera. Seph.
 Ioseph

Ioseph mi,maxumè
 Animo exoptate meo,mea uita,mea uoluptas unica.
 Ios.Ecce autem iterum.Seph. In quo uno,spes opesque
 sunt sitae meæ.
 Oës.Ios.Eia.Seph. Per ego te Deos oro, misereat mei
 Te, cuius tibi potestas summa seruande datur.
 Ios.Missa isthæc face.Seph.Quid missas ô Ioseph,Ios
 seph,utinam mihi,
 Vñnam esset pars æqua amoris tecum.Ios. Ab odio me
 enecas.
 Seph.Ita ne odisse tibi uideor, amore que perco tui?
 Ios.Obtundis.an ego queso, toties de eadem re audiæ?
 Evidem te alia de causa adiij, si pateris quod mihi tua
 Intus opera sit opus.Seph.Et mihi heic tua mea amoe
 nitas.
 Ios.Si quid uis equi ac boni, tua est.utere, atq; impera
 Si quid honesti est, non defugiam autoritatem.
 Seph.Hem,dignior
 Fuit ne quisquam amore quid esset? non humanum est
 per deos
 Credo nec mirum, si te mihi difficultem prebeas,
 Tam bellum, atque præclaræ virtut. Ios. Ne te longius
 Amor, ac ueritas prouehat. Seph. Hau, sic est uera
 prædico.
 Ios.Si quid istiusmodi est, Dei munus id est non mihi
 Ad alienam datum iniuriam, sed ad honestatem pro
 priam.
 Seph.Hei,quid formosè auertis ocellos istos, solis mihi
 Huic

Huius luce gratiore*s; spicce in mea ita te beet*
Semper amor. Ios. *Decet non animum habere modum,*
sed oculos item
Continentes. Seph. Eia. *nihil nimis summa uitio nihil*
Interest uirtus. decebat te quidem prioribus
Neutiquam repugnare precibus meis tum quod tibi
Hera sum, quae imperare meo pro iure possum, et co-
gere,
Quae uelim, ut facias tum, quod uehementi capta amo-
re tui.
Qui mihi tantum abest ut se remittat, ut magis ac ma-
gis
Crescat indies neque iam par esse diutius queam.
Meque cogit dignitatis obliuiscier mea.
Tu contra, obliuiscere modum conditionis mihi tua.
Et quod ultrò desert domina uotis etiam, si sapis,
Opandum, accipe, dum tibi copia est dumque etas fert
tua.
Quae tua forma sit uides. Ios. *Formae atque etatis glo-*
ria,
Fluxa et fragilis est uirtus deum una, clara eternaq;
Vera forma est, oculis quae placet Dei, quaeque prouo-
catur
Ad honestatem non quae mentes lubricas mortalium
Sauciat, sed non est consilium hera. Seph. *Cur non lux*
mea?
At queso, in rem hoc tuam erit. Ios. *Ut quidem, emo-*
riar, prius quam eō

Dementia

COMOEDIA SACRA 29

Dementia ueniam. Seph. Quæ hæc pertinacia est?
non credidi

Equidem adeò inhumanum fore. eodem tu nempe, ac
cateri,

Ingenio es qui semper muliebri lubentes sunt malo.

Obsequere sane ac corrigere, quod pridem peccasti no=
uas

Nec preces expecta haud decet istos mores tam ama*
biles,

Istam formam ita liberalem, istam deniq; animi indolē

Adeò generosam, superbia, ne in principe quidem uiro
Toleranda satis. Ios. At decet constantia, neq; moribus

Conuenit, nec legibus Hebreorum, ut alienum thorum

Violent, sed prima tuendi pudoris cura est integri,

Docet hoc
iudicium

Nuptiarum födere iungantur sponsis ut integris.

Ne tu igitur mihi, quem amare dicis, noceas sed sine

Thamar

Quam tribuit Deus solem, tueri. Seph. Imò, ita uolo,
respice

Seruitutem tuam. Ios. Evidem corpore seruos sum,

non item

Animo hoc me, haud illo, metiri par est. et tuū quoq;

Si respicias animum, potius quam istam, que te huc im-

pulit,

Conditionem herilcm, ex fœmine tibi laudem probæ

Auferas, & mihi demas molestiam quotidie

Qua me obtundis misere, nam uel sermones isti tui,

Lapides mihi uidentur meri: unde astumes licet,

Quanto res sit ipsa odio, neque iniuria non mihi,

Ne

Ne quid erres, seruitur cessit extinctus pudor
Sepe indignum que premit virum . proinde istam
precor,

Exue mentem mea hera & spemque consequendi omnem
abice.

Quae quidem, ut temerè sumpta , hue te cupidinis per-
pulit,

Ita penitus abiecta,in tranquillum atò restinet statum.

Quam multas fuisse nobiles matronas credere est,

Quae forma aptæ aliena,tamen animo tēperarint suo

Nec turpi uoluptati decus pudoris cesserint?

Iudicium,non affectum,qui semper inconsultus est,

Adhibe in consilium,finem respice nec tum considera;

In presentia quid, quam quid semper placitum siet.

Nunc uelle iuuat mox uoluisse pigabit,at quanto qui-
dem.

Satiū, eas cupiditates proponere in animo sibi,

Quas et expetere honestum sit, et assequi præclarūs
illud

Scitum est, non admittere , quidquid corrigi nunquam
potest.

Nulla reparabilis arte , semel lœsa pudicitia est, hera,

Seph. Facile tu isthac fabulare,mei scurus, ait ego

Sentio misera, non potis est, nam si tam tibi amari gra-
ue est,

Quid mihi sit amare cogita, emoriar nisi impetrem.

Ios. Isthuc sanè præstat, quam se se scelere nefario

Committare. Seph. At uolgo id faciunt, uitium comi-

mune

COMOEDIA SACRA

31

*mune omnium est.**Ios. Vt sit, tanto nos eam maculam effugere gloriosius.**Cogita tibi matrimonij non uiolandam fidem,**Nec mihi seruitij. talem etiam maritum neutiquam**Fallendum tibi, neque mihi herum, de me tam meritum
bene**Quod si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.**Ei ne ego tantum male gratus reponam contumeliam,**Pro immortalibus eius beneficiis tum uero pessimo**Perior, ac malo quoquis dignus siem. Seph. Amandus is
quidem.**Digna qui præmia præclaris meritis reddiderit tuis,
Sed beneficium promeruisse, retulisse gratiam est.**Neque nos nihil merite sumus, at enim illum facile la
tebimus.**Ne quid te hoc sollicitet metuolofe. Ios. At non Deum
neque**Læbra ingenuo impunitatis spes, sed innocentia est.**Adeon' me ignauom putas, aut porro ingratum, aut
perfidum,**Aut prophanum, ut neque benignitas me, neque pu
dor, neque**Relligo commoueat? neq; cõmoneat, ut seruem fidem?**Tum, noui probè heri anūnum aduortii grauiter, que
non censeas.**Seph. Oh, illé ne, qui ipsius me negligit? ne quid uere
are mihi**Isthuc curæ erit. Ios. Et mihi quidem, ut ne cauere quod
quicam,*

32 COMOEDIA SACRA

queam,
 Multe admittam nam. Seph. Hau, nunquam ne concedes
 mihi: frequens
 Solitudo domi illius porro quotidiana absentia.
 Pax. Et si quid maxime subsentiat, putabit eo
 Te mihi charum esse, quod ipsi intelligam esse charum
 ita
 Vt uirtus meretur tua. Ios. Decet ingenuum sinceritas
 Sine fraude, etiam si latere posset nam sibi reus
 Quisque est, prius quam alijs. Seph. Olim isti uirtutē
 quondam fuit
 Laus apud seculum prius nunc hoc, aliam iam uitam
 Affert, alios mores postulat: isthuc sapere est, nun
 quam ita
 Offirmato esse ad uitę institutum animo, quin suadeat
 Si quid conducibilis res, et as, aut usus tibi,
 Amplexare. Ios. Quin, cum turpitudine esse nihil po
 test
 Conducibile. Seph. Ohé, ne tam severè quæso. oculos. age
 Horsum in me tuos deflecte mea lux intuitum simul
 Et basiolum largire isthuc ut fas sit pignus tui
 Mihi ferre. Ios. Atqui tu illud scito, flamma fumo est
 proxima.
 Seph. Hoc nihil dicas. abi: nunquam cresces, nescis ob
 sequi.
 Ios. Nil labore crescere per flagitium et turpitudi
 nem. Seph. Hei,
 Ne tam offirma. acerbum herofunus facies, nisi tui
 Mihi

COMOEDIA SACRA

39

Mihi copia sit, exorē sine, gerito amanti morem mihi.
Ita herum industria, me obsequio demerueris et gratiam

A me solidam, perpetuāmque inieris, ac bene stabilem,
Ios. Auortat Deus, ut animum humanū fauoris gratia
Ad malas unquam adducā partes demens, potior bene
Natis institutisq; esse debet semper ingenij,
Ratio honeste uiuendi, quam gratiōfē. Seph. Ah dea
fine.

Frustrā tu isthac fabulari, que mihi animum accen-
dunt magis.

Si unquam erga te animo esse amico mi Ioseph sensisti,
uti

Hanc mihi unam gratiā des pro illa, nunc ego te rogo.
Misereat te mei, bis miserade, et amantis et foemine.
Quod ego te per has lachrumas oro, et Genium tu-
um per mala.

Mea, quorum tu unus potes esse leuamen. Ios. Ah ne me
obsecra.

En dominus meus cuncta mea fidei mandauit, mihiq;
In manum adeò tradidit, omnium ipse securus: neque
A mea quidquam exemit potestate, extra unam te hera,
Qui tandem ergo in animum inducere potero tantum
mali.

Vt peccem in Deum?

Sep. Quod gratis datur boni amittere Ioseph, insci-
tia est.

Ios. Atqui isthac bono nihil peius, nec est mihi, nec tibi.

c Sed

34 COMOEDIA SACRA

Sed nusquam me auelles: sat habeo affirmatum isthuc, Deo
Excelso fatus. Seph. Miseram me: ergo dispergi. hei
mibi,

Ioseph. Ioseph. pro. pro. ego inquis nata fatis. siccine.
Decipis me, ita blada fronte dirum adeo animu tegest
Ios. Imo tu me decipis, nam ego tibi nihil aliter sum,
ac fui.

Tu mutatis moribus, iniuria pro beneuola es mihi.

Seph. Ingrate, nuncibi benevolentiam meam

In te sensisti claudier?

Ios. Non equidem eò dico mea hera: sed quòd quotidianus
anis tuis,

Tetram.
iambi.
Surdas iam aureis reddidisti mihi appellationibus.
Seph. Crudelis, quam tam commodum conseruis pre-
beas tuis,

Ego una tam durum experiar? an me in misera pe-
riculum

Facere uis, grauitas et inhumanitas quid nam posuit
tua?

Si amore non flectare, senties que odium ferat meum.
Vel ex coacto, amorem explebo meum tamen.

Trimet.
iambici.
Tetram.
iambi.
Ios. Amor affectu exhibetur, haud ui cogitur.
Seph. Ulro ad virum querelam deferam. Ios. Falsam-

Seph. Quem sic tibi
Incessum reddam, ut ne resinguas, lachrumis si extila
laueris,

Ios. Non sunt isthac iam amantis dicta. Seph. Senties
iam, que siem.

Virum.

COMEDIA SACRA 33

Virum si noui, debitas scelus ero poenas dabis.

Ios. Misericordia tua. Seph. Tene me irridere inultum ser
uom honunem finam?

Mortuam me malum. Ios. quod ferundum erit feram?
denique animam

Potius relinquam. Seph. Itan solido ex adamante pes
ctus est tibi,

(act)

Vt neque lachrimum, neque precibus, neque preciosum fleti que
Vide quid agas. Ios. Stat sententia. Seph. Nemis prefra
ctus es. Ios. Mihi

Sum. Seph. Imo uero mihi misericordia merito haud meo.

Sed per Deos, si quis precibus locus, caue neu me ade
geris,

Vt talis in te fuero Ioseph, qualcum neutiquam uelis.

Ios. At tu caue commiseris, ut ipsa talem te mihi
Exhibeas, qualcum neutiquam decet probam. Seph. He
c cur ita

Aperi et indicat malitiam? saltem lactares spe aliquis.
Ios. Haud meum est.

Seph. Si non ames, tamen odium regeres, sed quid stulta
hunc rogo?

Satis ne fastidit me? o facinus indignum, nunc ego
Et illum scelus esse, ex me miseram sentio nec quid
agam scio.

Abeo intro, quando proficio nihil. tu uideris scelus.

ACTVS PRIMI SCAENA VI

Tetrametri lambici, acatalecticci.

c ii Ioseph,

Ioseph.

Abit. Deum immortalem, ut insanum est amare prohibeat
 A me Deus tantam amentiam sed quantum intellexi modo
 Eius sententiam, aliquid haec mihi conficit mali neque
 Quid agam, aut quid consilijs capiam scio, si huic obsequor, Deum
 Offendo, sin repugno, huius minas timeo, noui probem
 Ingenium mulierum, uehemens in utrunque sic partem
 nimis,
 Sive in amorem, sive in odium neque Deum, neque homines respiciunt.
 Nec æqui ratio ulla constet aut boni, dum quod student
 Effectum reddant sibi, sed quid mea? quid timui autem
 belua?
 Preter culpam & peccatum, nihil homini accidere potest graue.
 Quiduis satius est perpeti, quam uitutem relinquere.
 Cedat quod cedere æquom est appetitus rationi parcat.
 Voluptas uituti corporis animo ancilletur uile suo,
 Ne sic insaniam, ut tranquillam recti conscientiam, &
 Quietam mentem, maximum utriusq[ue] in rebus solani,
 Turbida & inquieta permuteat. Tum, castitatis usque
 sunt
 Amplexus dulces mellis plurimum, filii nihil trahunt,
 Amoris contra etiam mel, fel merum est, ex uero si ex
 fluncs

COMOEDIA SACRA

37

stumes:

Lubido, ut avaritia, inexplicabilis est meliusque cauetur
haut

Expertia, non sic mei me assuefere parentes, ut thori
Subfessor alieni flama. Verum pudicitiam, simul
Pudorem rectum, et sedatum cupidinem, Dei metum,
Benefactorumque amorem docuere, et fidem. Egó ne
ergo domum

Eam, in qua clementer adeò sum habitus ac liberaliter,
Incesto polluum impius perij hanc ferat uirtus notam?

Ninus ignauos sim, si, quom fratres, ob fororis libere Gene.34.

Pueræ raptum amoris violentia concubitum, nuptijs

Pensandum regijs, viris ad unum cesis, reliquam

Spoliarunt urbem, ego tantum facinus mollitia admitta
tam me as

Si obliuiosior sum, uel locus hicce redigat in memo Gene.12.
riam,

Seuerè castigatum à Deo Parhonem, cum domo sua,

Ob uerbum Saræ proauie meæ: et uicini Abimelech Gene.20.

Simili in re coercitam uoluntatem. Quid Noah ille, ge
neris

Nostræ orbisque instauratori ac Loth item, cui patru
elis mei?

Nomine inter omnis summam turpitudinis licentiam 2.Petri 2.

Honestatem sancte tutati sunt: nec illum totus

Exemplum mundi frègit, hic contra regionis uita Ge. 6.

Totius tenuit sanctitatem. proin ille diluvio à Deo est, Gene.19.

Ereptus, hic incendio, non ego nunc primum scilicet

c iij Aduorse

58 COMOEDIA SACRA

Aduorsa ferre didici sed quidquid ferat Deus, aut
Sic est placitum, feram usque, et perferam, ipsius ope.
fortiter

Seruit.

Malum qui patitur, idem post potitur bono.

Sed sic uerba hic facio, quasi negotij nihil siet.

Ibo introi. Hei quam timeo, quorsum haec res eiusura
sit mihi.

Ita obstinata operam dat, ut me illiciat. O Deus, tibi
Me commendabo, et salutem meam, quæso impium cupidinem
Compescere domine, et me adiuua, ne animum labefactet
mihi.

ACTVS SECUNDI SCENA I

Trimetri.

Intus.

PErij misera, uix mihi, uostram fidem obsecro.
Properate ferre auxilium umbelli foemina.

Joseph effugiens.

Sancte o pudor, que hec est audacia? hoccine est
Muliebre factum, aut incepsum? hoccine officium
Hoc et modò ut introi, fortè illa solitudinem
Nacta, ferox, pallio me apprehendit ad se trahit.
Proœx et importuna lubido est um, impotens
Autem foemina si pergas aduorsarier,
Ex insana insaniorum facias sentium.
Similis est: quemque attigerit, malo aut danno afficit.

Atq;

COMOËDIA SACRA

32

Atque illud ipsa dicit experientia
 Semper, cui cum illis res incidit, itaque
 Cuius finem haud uidi, abrupti negotium.
 Vestem amisi, pudorem sed meum extuli.
 Nudus non est, nisi culpa quem nudauerit.
 Pudicitia, decus ipsa suum est. Videlicet
 Quæ extra nos est, nihil ad nos animi deorum bona
 Solius, & propria sunt, & eterna, fuerit
 Sanæ, fuerit patientia, hancenim improbas
 Tulisse preces, seruitutis respectu meæ at
 Tam apertam ferre contumeliam, mera
 Quidem sit ignavia, mori me satius est.
 Dum uerbis egit, uerbis uerba rettuli.
 Nunc ita tulit necessitas, res ut forent
 Refrenda rebus, iniuitus feci, nisi
 Quia necessum fuit, nam quid a gerem, nisi
 Ut me, quam minima possem, a capitum redimerem.
 Sed quum cogito succensere illi, iniurium
 Me fit, quando otio perpetuo, somite
 Nimurum summo amoris, corruptæ nihil
 Quod faciat superest, præter amare, ceterum
 Mihi nulla iure sit peccati uenia.
 Vtnam hoc sit defunctum modò. Vnde quomodo
 Me expediam incertus sum: ita subito obiectum est mihi.
 Neque cunctandi copia est, herus iam aderit scio.
 Peiore non potest, res quam in quo nunc mea est,
 Loco esse. Vah, nunquam seruorum aque ac modò
 Mihi dura uisa est conditio, papæ que illa

c iiiij

De

40 COMOEDIA SACRA.

De me iam confictura hero est, ut uidi eam
Esse habitam: inquit que non confictur a est: satis
Eheu conflat, quam amari sint in foeminae
Stimuli, lubido et ira, qua uiros quoque
Quae non audere scelera, cogunt: quid igitur
Faciam: aut quamna caussam afferam: dicam ordine
Ut res habet, meque expurgem: minime opus est.
Neque placet, tantas ut turbas domi excitem.
Quod sanè nolim, maxumè heri caussa mei.
Scitum est projecto, et in medijs malis ea
Sapere seum, que sapere est opus, tum, ipsum id male
Metuo ut credat mihi soli, et tate lubria,
Et indulgentia tanta, sat est meum
Fecisse officium, si non id fama approbat.
Tacebo: et si mihi magnum ex hoc malum scio
Paratum, prestat suum tolerare incommodum,
Quam male alienum labefacere commodum.
Illiberalis prorsus est animi, sui
Studio, alienam extimationem ledere.
At, at, ecum herum video. actum est: nisi quid opis
Deus
Dat, differij, abeam, an maneam, adcam an fugram
Incertum est, una hec spes est, quidquid accidat,
Dei sumus, postremo, quando conscius
Ego sum nabi, à me culpan esse hanc procul, nibil,
Mali accidere, innocentia incolumi, potest.

ACTVS SECUNDI SCAENA II

Tetrametri

COMOEDIA SACRA

41

Tetrametri trochaici, cataleptici.

Potiphar.

M Agnam sibi quietem comparauit, seruom qui
bone
Frugi comparauit sibi per quem, presens
absensque item,
Defecato esse animo possit. uti ego, quom Ioseph meum
Emi, felix, de Ismaelitis negotiatoribus.
Qui mihi iam inde, usq; seruit obsequenter maxime
luctaque fideliter atque ex animi sententia mei.
Nec minus etiam, quod uel primum puto, feliciter.
Ut, quo cum Deum esse, prospicere cuncta sub manus
Eius, sensi. Itaque feci, ut iusta illi apud me seruitus.
Fasset neque adeo indigentiam desiderare meam,
Nec benignitatem posset, ac demque cunctis eum
Prefeci, otioso mihi ut esse liceat, atq; animo obsequi.
Sic uita est heris morigerus esse, eorumq; per omnia
Inseruire commodis, incommodis atque iniurias
Omneis conseruorum ferre, ex tegere contumelias
Sibi studio habet nulli laedere os, aduersus nemini,
Compositus, pudens, modestus, placidus, scire est libertu
Ingenium, atque animum, sic siet modo, ut nunc est,
queso Deos.
Deoque omneis. Atqui hic profecto captus, est rarissi
mus
Id genus quis sortiatur ut seruom. contra improbum
Et seruom frugi male, subil est negotij ubilibet

Nancifct

42 COMOEDIA SACRA

Nancisci qui ad heri fraudationem demum, callidum
Ingenum gerunt in quibus hero nihil quidquam est
presidiu,

Si absit uspiam, aut ubi si cesseret. Itaq; iam heris quidē,
Penē tanq; & gris ex medicorum præscripto uiuetibus,
Vix pedē, miserū, efferre domo conceditur. ab hac ego
Expediui me molestia, pariter ac rem meam
Constabilium. Tum, est et alerū, unde iure mihi placeat.
Quod habeo uxorem ut uolo, placidam, probamque,

qua me amat,

Et magnificat, suos pudicæ itidem ut viros solent;

Quā ego cōtra amo. Proinde duas has res habere me

Senarius Præter alios, præcipuas arbitror uelit Deus modo,

Iam. Tetra. Ut sine perpetua. Sed quid hoc negotij est?

catalekt. Prob Dij immortales, quem conspicio exanimatum, ex-
peditum,

Pro foribus est ne hic ipsius, de quo agebam? & certe
is ipse est.

A catalekt. Perij hoc quid sit uereor, nequeo satis mirarier, neque
Coniçere scio, nūbi nescio quid animus presagit mali.

ACTVS SECUNDI SCÆNA III.

Iambici, partim tetrametri, catalektici

& acatalektici, partim trimetri,

admissis trochaicis quic-

busdam.

Ioseph. Potiphar.

Mago.

Ehen

Eheu nec quid agam, neque quid huic respondeam scio. et pudet

Carere lachrimis, in maximas subito redactum
Has calamitates quas oculi mentis bene consciente testes;
Rebusaunt fundere, nisi sic faciam ut constitui.

Pot. Per tempus aduenio. Hem, quid isthuc obsecro est
malis satin?

Salutem dic mihi, siiles mi homo, atque ora pudibunda
contegit?

Quid est pudendum? Hei mihi quid me absente turbat
tum est domi?

Quid sic ingemis? ecquid taces? diuinus haud sum, nec
nisi

Audiero, cognosce queam. Heus, heus, prodito aliquis
actuum.

Ios. Here mi Pot. Quin dic, quid est? Ios. Perij. Pot. Dij
melius faciant, sed

Quid perifli, quidquid est, eloquere age ocyus mihi. Trocha.

Ios. Ah. Pot. Quid ab age, ingenuè mihi fatere, uti soles.

Haud clam te est meus in te animus ille amans tu, et
propensior,

Sciw, ceteris quam erga suos esse famulos solet.

Ios. Fator mi here, et immortales tibi gratias habeo,
atque ago.

Mag. Presto sumus here, si quid uis. Pot. Que noua Iambici tes-
res domi? que res noua est

tramet.

Quaeso; tacitis? Hem, quid tandem hoc est rei,

Quod

44 COMOEDIA SACRA

Quod mihi eodem omnes sitis affecti modos.
Ios. Mi here, equidem id te arbitrari, quod res est, ne
lim:

Quidquid huius factum est, alpā haud factum est mea;

Tetrameter Sed ita tulit necessitas in cum res redierat locum.

Pot. Quæ malum, res?

Tetrameter Cessò hinc ire mirò, ut hoc quam primùm, quidquid
est, certum sciam?

Trimeter Vos istum affruatum curate mihi tamen.

Epithasis Comœdie.

A C T U S T E R T I I S C A E N A I.

Iambici trimetri, admixtis tetrametris quibus=

dam, tum catalepticis, tum catalepticis.

Potiphar. Sephirach. Joseph. Lorarij.

Tetram. acatalectic. P Rō Deūm atque hominum fidem ex illon tam
illiberale esse facinus

Ortum! Sep. Sic res habet ut dixi mi Domine uel
hocce pallium

Documentum est, ipsiusque fuga, et tota clamoris tessis
mei,

Vt audisti, familia. Pot. Me miserum, ut nulla homini
est felicitas

Diurna in vita? quin si leti quid evenit, illico

Acerba multa se cumularunt quæ mihi nec opinari
accidunt.

Trimeter Euge serue bone, columnen uero familie.

Cui

COMOEDIĀ SACRĀ 45

Cui maxumam habui fidem. tūn' illam scelus herā aut
 Me adeò dignum putas, quem illudas? Ios. Occidi
 Hem, mortuus quām uiuos nunc sim felicior.
 Seph. Nīmīa illa licentia euafit tantum in malum.
 Non te illum uirum, sed fēminam retur. Pot. O nouam
 Audaciam, quid ais impure? an non est uiri
 Isthuc scelerati prorsum, et perditis Seph. Istā ne
 Indigna, et intolleranda, quēso per Deos?
 Ios. Tacēn' tu⁹ Seph. Minitatur etiam carnis ex.
 Mirum, ni quod concinnat iam mendacium.
 Cae isti quidquam credas mū uir qui in malis,
 Ut fit, quē conseruant sibi, loquetur. Pot. O
 Ingēnem confidētiām. tantām ne rem
 Tacita ut ferat postulat̄ ita de pudicitā est semel
 Ios. Here, ne me spectes. Pot. Ego te furcifer,
 Si uiuo, hæccine te flagitie facere? hæccine
 Te admittere indigna esse ausum domo mea?
 Seph. Ecquid pudet? Ios. Pudere oportet eatus,
 Quā res ferat. Seph. Vbi nunc fas, fidēsque est, et qui
 erat
 In falſo tibi plurimus ore Deus? Pot. At uide
 Quām immerito hæc Joseph ægritudo oritur mihi
 Abs te potissimum; qui te penē à puerō
 Curaui, sedulō, docui, monui, bene
 Precepi, et feci semper, quē potui, omnia.
 Neque semel complexus, fūtere defūte
 Propterea quōd seruiebas liberaliter.
 Habui, amauī, atque ornaui pro meo, denique

In

46 COMEDIA: SACRA.

In omnia mea ius tibi feci, adductus tua
 Ista modestia, moribusque, omni à dolo
 Et perfidia; ius tuus usq; alienissimus.
 Nunc de repte, benignitatis iam mete,
 Tuaq; fortune inmemor, pro maxumis
 Meritis hanc ingratisse gratiam refers
 Mithis pro merito optumé hoc premij repēdis: Seph. V^e
 Semel hypocrisis omnis se detexit tuas
 Nunc quod fidelis ex modestus antebac
 Visus es, id non fuisse ex uera uita, neque
 Animo ingenuo, palam nempe est. Ios. Mi here. Pot.

Quid mi here?

Tetra. cata= Ios. Vix contineo, sed me reprimam. Vnum hoc quoſo,
 lectio. ne nubi etat

Obſet t'neue ex aliorum iudicis ingenij ſodes.

Trimet. Seph. Os impudens, ex ferro inurendum, imò iam ea
 Actate es, ut non fit peccato ignoscier

Dimeſter Aequom. Ios. Nam quid peccauī, aut cōmerui? an quia
 Non prorsus iniusta obsequori

Iambi. Seph. Quid ait uenifice? iſtibuccine tu me rogas,

Trinometer Qui me, ex herum, ex familiam dedecorassuel fuga

Tus id tibi, quod queris, respondeat. quid hoc

Loquitur pallium: Pot. Echo propodium qui me ſūp̄ite,

Haud hominem censes etiam ſperasti inficias

Tantum ire, poſſe nefarſade. o ne te neque

Pictas, neque ius ex aequom, in officio, improbe

Continere potueris: Seph. Vide, impudentia quid facit,

Et preceps cupiditas: Pot. Proh ingratiitudinem,

Dijſ

COMOÉ DIA SACRA 47

Dix hominibꝫq; iniuisam.Seph. Ingrato homine nihil
 Quidquam scelestus: nūc p̄fstat mortuum
 Quām ingratum esse.Ios.Istam caui turpitudinem
 Sedulō.Pot.Parum est cauisse, non cauere.Ios.Nil
 Ego peccavi:nisi peccare est,hero magis
 Fidum esse quam sibi.Pot.Quomodo facerrume
 Fuiſi,non es fidus,tum benevolentiam
 Expertus es meam,nunc iram senties,

Quando huc prouocas. Monometer
 Seph.Aequum est, gratia qui ferre nescit,offensam uti
 Ferat.Ios.Here,ut seruom inculpatum usque gesserim, Trochaic.
 domumq;

Vi commidis haud affernandis auxerim tuam,isthuc Tetra.atal.
 Et ipse conscius testabere ita ut, siue introires,
 Gaudio fruerere tecum, seu prodires foras. Pot. Ridicu-
 culum:

Verbis soluere postulas, quod re maleficeris? Trimet.
 Ios.Si quidem malefeci.Pot.Si quidem conatus mihi
 Pro facto est.Ios.Tot iam annos tibi seruio.an tibi un Tetra.atal.

quam à me ulla
 Iſi orta iniuria? Pot. At id restabat scilicet
 Seph.An non est hec magna satis tibi? Quisquā ne ita Trimetri.
 Animo est omisso,tantam ut contumeliam
 Ferat?Ios.Casus humanos qui norit.Seph.Impudens
 Hoc ne euenire maius,aut grauius posse?
 Pot.iam parce fodes coniunx,heus lorarij.
 Ios.Here,per clementiam tuam te oro.Pot.Satis
 Iam satis Joseph,spectata erga te mea

Eft

48 COMOEDIA SACRA

Est clementia Seph. Satis et ipsa periculi adi.

Pot. Falso haud dias noctum esse, quem derideas.

Lor. Quid uis here, aut quid imperas? Pot. Abducite Hunc intro. Lor. Quemnam? Pot. Joseph. Ios. Siccine mecum ages?

Seph. Patiendum est; Pot. Meritoque id tuo. quom qua non licent,

Haud ueritus patrare, tolera qua non libent.

Tetra. cat. Ios. Si deliqui, nullam causam dico here sed etiam at lectici. que etiam

Vide quo so, qua in tuos exempla familiareis statuas.

Nam deinde causæ quælibet suffecerint uxori, aut

Acatalefti. Alij, si quis cui seruos ex sententia non sit satis,

Trimetri. Occasione tantum opus fuerit leui. Seph. Tum' me sce lus

Tam diri ausis facinoris insimulare? Pot. Rapite

Inquam, atque auditin' quadrupedem constringite.

Tetra. cat. Ios. Nunc tandem apparet, amorem qui uocatur, et uidetur

Acatalefti. Stultis, eum haud amorem esse, sed odium. Seph. Odiosus es tace, ac

Sequere infelix. Ios. Infelix est, non qui accipit, sed qui facit

Iniuriam pulchrū est, fidei, uel mortem obire gratia.

Seph. Eniuero, si uir sies, dignum hic iam supplicium luat.

Pot. Nimis iracundè censem' repperire posse ullum seruom

Vitio

C O M O E D I A S A C R A

49

Vltio qui carcat' an quia non delinquent heræ? Seph.

Ehò Potiphar*

Aut tu morere, aut sceleratum illum pro meritis per- Sic Hom.

de exemplo uti

Iliad.3.

Sit, ne quis posthac temerarius, herili ausit pudicitiae

Insidiari. Pot. Ohe uxor, ne faci tantopere. Seph. Quin

tu parum

Per spexisse mihi eius uidere audaciam.

Trimet.

Ita me Diij ament. ut video ineptā lenitatem nunc tuam, Tetram.

Et facilitatem prauā, dimissurum cum credo, quō suām Acatalekt;

Etiā sic exædificet īchoatā pfidiam. Pot. Inscitia est,

Nimium iræ credere, qua nescit modum. post statuam.

Seph. Non tu illum

Capitis potius, quam te perdas, et familiare

Trimetri.

Equidem cupio misera, in hac re iam defungier.

Sed que spes est, illum fore fruḡinum pudor

Corriget; at iam depuduit. etas grandiore

At ea, nunc ut sit, semper addit nequitiam.

Quisquis semel degenerauit, nunquam bonus.

Pot. Nescias uxor, multa accidunt mortalibus

Sepe in uita, atq; etate agunda. que uolunt,

Que nolunt. Seph. Improbitas alia aliam trahit.

Pot. Hem, quid nam hoc rei quid hec uolt improbitas

sibis?

Abi intro ego quid factō sicut opus, uider o.

A C T U S T E R T I I S C A E N A I I L

Lambici tetrametri, catalektici.

d

Potiphar

Potiphar.

VAE misero mihi quanta spe decidi? hoccine de
improuiso.

Mali mihi obijcit tamū? ô tempora, ô mores, quid iam
Credas, aut cui credas, quemue fidelem habeas, nescia
as. adeò.

Exulceratissimo iniquissimumque hoc seculo sunt
Fermentata omnia, fides, fidelitas, amor, pictas,
Amicitia, sodalitas, officia, beneficiaque
Omnium omnia, sese omnes amare sua querunt sibi be
ne esse.

Volunt solis. heu me infelicē siccine dum ego tua fretus
Fide, domo absum demens, regi inserviens, Ioseph,

Tu interea rem tuam curasti, & me in tamū cōiecisti
Mali: quem ego semper pudore & liberalitate

Præ ceteris retinui, quo uicissim, omnibus è seruis.
Heri nemo obseruantior fuit semper, que nunc rēs

Repenitē mares uertit tuos, uirtutem uti lubidini
Iam post habeas tuēs au qui serui sunt, dimidio mentis
Capti sunt, ut nonnullorum est sententia: nam alioqui

Non est uerisimile, neq; inducere in animū mēi quoc,
Tantam uirtutem tam subito degenerare potuisse.

Frigi usq; frigi est, sed quām nura rari pectoris erat
Præsentia: que constantia uultus? quām ingenua mo
destia: at

Res est pauida & clamosa, mens sibi male conscientia, for
san illum.

Atq; hanc quispiam lusit dolis sed qui tacet, fatetur.

Atque

COMOEDIA SACRA

70

Atqui genuina uirtus, innocentia fudit sua.
 Illi uerboſi ſunt, qui turpia facta oratione
 Diſſimulant. Et uerecundiam eius noui, liberalēm,
 Et reverentem mei. ac quom cogito, haud ſcio, an que
 dixit. (odio)
 Vxor, ſint uera omnia: quin non nullū mihi ſerupulum
 Illo iniecit ſuo. multa ſapè uerbis exagitantur,
 Quom res ſecūs habeat. Tum fieri ſolet, ut, qui ipſi
 iniuriā
 Fecere, expofculent. Iam, ut fit ita, peccatum magnum
 fuerit.
 At primū, nemo ſapit omnibus horis. nec ita ſu calide
 Iuuenit et in nemor, aut tam imperitus rerum, ut quid
 amor ualeat
 Nefciā. mea potius culpa eſt, qui nimū lubricæ eius
 Dederim etati licentiae: cui tutæ etiam timenda
 Sunt omnia: ſi cum occido, ſeruom perdo, qualem
 haud temerē
 Iterum iuuenero: per quem plurima mihi commoda
 contigere.
 Tum aut̄, Deū eius metuo: quem mihi per eū uig; ſenſi
 Eſſe propitiū. illud exiftimō eſſe humani ingeniū potius
 Ut includam, dum deferuerat etatis calor. ne
 Poſthac idem queat, tamē uetus mihi ex eo non pereat,
 hunc unum
 Haec tuus exptus ſum fidelē ſeruom, heriliūq; rerum
 Amantem, multa qui beneficit, eius errorem ferre
 Aequom eſt iuuenis eſt, corrigi pcfariq; potest, qđ late
 d ij Mutari

52 COMOEDIA SACRA

Mutari non potest, satis profecto mali est ei, qui &
Seruus & peregrinus, & uinculus est simul. Itaque
corrigendi.

A catalech. Quod deliquerit (si deliquerit) spatiū dabo, māfuctudine
Et clementia nihil homini melius in uita. Ceterū
Non usus est, me illi tēmerē aperire. chō, ubi esis uos
foras
Agite huc, corruptorem isthunc seruom meum Ioseph
educite.

ACTVS III. SCENA I.

Iambici, etrametri, catalechici.

Lorarij. Potiphar. Ioseph.

ADsumus here: si quid nos uis, impera. Pot. Age
tu, huc procede bone uir,
Lepidum mancipium meum. Iam ubi loci for-
tune sient tue,
Facile intelligis, euidem efficiam, ut qui fueris apud
me, & quis prius,
Sciās quando ego te video immutatis moribus esse, at-
que ingenuo.
Ingrata, atque irrita omnia habere, qua beneficimus
tibi.
Tu ne pudicitiam potuisti tentare herilem? los. Ah. Pot.
Quid mihi
Respondes: quid nunc sic taces? los. Quia me eloqui
indignum est here.

Pot

COMOEDIA SACRA

53

Pot. At tu factu esse indignum cogitare debebas scelus:
Ceterū, euidem nondū spem omnem salutis abieci tuae
Ioseph⁹ proinde quō te ad frugem recipere queas, si in-
tulis

Tibi domare lasciviam contentus ero, grauiora merito
Pristine id uirtutis respectu tue. abripit eū in carcere,
Tān ut sceleris paucitat. Ios. Here, animum istum lau-
do, atque amo tuum

Quo usus benigno, et amico sum, dum licuit: nunc
dum non licet

Mihi, ut possum sero. at abripit sanē confido fore, Senar.
Ut res me ipsa reducat aliquando in gratiam. Tetra.ata.

Pot. non mihi negotium hoc uolgaribus doler modis sed lectic.

Quid me frustrā cruciem: quid me afflictum: quando
iam infectum

Fieri haud potest. casus humani cōmunes sunt. non nūbi
Primo, neque soli, nec solus adeò hicce accidit. in re (ut
aiunt)

Mala, bonus animus diuidium admittit mali. Senarius

ACTVS III. SCAENA II.

Tetrametri catalecticī, tum iambī,

tum Trochaici,

Lorarij. Ioseph.

Quid isthuc queſo Ioseph est negotij? fiscine te Lambi.
Subito miserum & dibus ejcier in carcere? Senar.
Ios. Non in carcere ejci, sed carcere dignum Trocha.
d iij admittare

admittere

Aliquid miserum est. sepe vincula probis iuxta atque improbis.

Iambi.

Accidere. dum ne ob malefacta patiar, parui estumus.
Lor. Dixisti honeste Ioseph: uerum huic dolor adeat honestus.

Trocha.

Ios. Est, q. citio corrigeret, et mutare potest latititia.
De cui nota est causa calamitatis, et ueritas rei, et
ut periuiam in his ad summam usq; etatem, tamen
breue

Dimeter

Spatium est perfrundi miseriam.

Trochaic.

Lor. Sapis, qui nec, praeter quas carcer habet, addas mo
lestias.

Iambi.

Et quas habet recte feras. Ios. Nam si me afflictem,
quid mihi

Trochaic.

Lucri sit nonne eadem sint ferenda nolenti tamen?
Quodcumque Deus ille facit, ferendum est ex quo a
nimus cui

Pugnare, et frustraneum, et impium iuxta est. inficitia
Est uero, gratis malum esse uelle, quom licet bono.

Iambici.

Lor. Verum proin obdura, rebusq; et serua secundis.

Trocha.

Ios. Evidem semper ea uolui, et feci, ut non modò sea
cunda mihi

Sperare, sed aduersa contemnere queam. Lor. Dij uos
stram fidem:

Iambici

Hominis ingenium constans, ac praesens, lachrumas ex
auit

Mibi misericordia me eius. hoc nemo fuit commodior
Semper

COMOEDIA SACRA

55

Semper nec ad herilia negotia quisquam attentior. cui
Dominus parebat tota modò chem, quò redactus subito
Est ut mortale nihil florere diu potest. Senar.

ACTVS III. SCAENA III.

Trochaici tetrametri cataleptici.

Ioseph.

PRO summe Deus, autor, rex & omnium, & mun
di arbiter.
Quem tandem grauibus laboribus statues modū meis?
Perpetuo tenore, aduersis succedunt aduersa mihi.
A spicis hæc Deus, nam te nubil fallit, domi grauem
Pertuli fratrum inuidiam diu, imm. rito meo, à quibus.
Etiam cœdi destinatus, uerion presenti tua
Seruatus ope, ab eis uenitus, dulcem patriam exilio,
Libertatem seruitute commutaui auream, sed hæc,
Tua benignitate, leuia expertus sum fatis quasi
Me ita fratrum odio liberatum uolueris. ecce autem
res noua.

Orta est porro, que omneis mihi rationes conturba
uit, &

Extremam in fortè cœcit simul, ô Deus, at profide
Continentiaque hoc premij sero? sed ne me pœnitiat
Fuisse più sic prestabat, quam perpetua domi disidia
Conflasse: ego solus quom sim, facile hanc pertulero
iniuriam,

Qui grauiores olim tuli, quid enim faciat aliena, quom
d iiii ipsi

Ipsi in me fratres ad eum sequierint modum mei: ceterū
 Qui me ab ijs eripuisti Deus, tunc uiam inueniri
 In te omnis spes est mihi, sepe qui re gestā pessimē,
 Gestā ut sit probē facis forfasse et sic mihi tua
 Consulis bonitate, natus ab impudica ut sim sequor
 Quō me tua sancta voluntas uocat, addam et hanc tra-
 lerantiam
 Superioribus quid mihi refert Ioseph esse nomen, nisi
 Factis probō homo sum, humanus natus exibus obno-
 xiūs
 Cui nihil recusandum, quod communis fert conditio
 Neque gravis ferendum, quod uitari non potest.

Catastrophe.

ACTVS V. SCAENA I.

Trochaici tetrametri cataleptici.

Hanno.

NAE alba iam raraque in hominibus auis, fides
 et gratia
 Est. quarum locum, perfidia ingratitudine
 obtinet.
 Ita bonis intermorientibus moribus iam, affatim
 Succrescant mali, magis ac magis indies posterioribus
 Semper deterioribus. hec mihi ex ipsa adeò re incidit
 Cogitatio, dum conceptui in mentem uenit mei
 Ioseph Hebrei, quem ego in tam aduorsa, aut euorsa
 potius

Miserum

Miserum fortuna, tantum temporis interuallum male
 Gratus deserui, cuius me paenit nunc, et pudet.
 Miseretq; eius, qui mihi in cōtubernio nuper carceris,
 Qua non comitat sermonis, qua non ministerij
 Sedulitate leuauit miseriam: quam solerti mihi
 Coniectura, insomnijs aperuit ueritatem: Iesus ut
 Forte per quietem eram triplicem uidere palamitem
 Betris oneratum, grandibus iam, et uindemis idoneis
 Quibus a me refectis, expressisq; in poculum regum,
 Mustum regi offerre bibituro: per gratum ei officium.
 Retuli ad ipsum anxius, ille, bono protinus animo iubet
 Esse portendijs, pristine intra triduum mihi
 Dignitatis restitutionem, quid Vinum Deus
 Exhilarandis creavit animis, solandisque laboribus
 Quo et amicitia conciliatur, diluitur inimicitia
 Mortalibus: at te (inquit) obsecro Hanno, menuneris
 mei
 Quom bene erit tibi reddere operam mihi apud Paro-
 nem, carcere
 Eximendum ut aures: quod detrusus sum, nulla mea
 Culpa, neque merito sed furtum Hebraeo hic abductus
 solo
 Dein, ob innocentiae studium, indigna hæc nocentium
 Sustineo supplicia: sed cessatum a me usque adhuc fuit
 Captani semper oportunitatem, ita ut sit, iam duo
 Effluxere anni, simul secunda fortuna ebrio,
 Aduorse obliuio, illiusq; mihi obrepit securitas:
 At nunc eam pensasse utcunque tandem negligentia.

Sanc

Sanè uolupte est. atq; ea quidem iam obtulit se occasio;
Vt non sine numine, uel hanc nunc, uel tunc obliuio-
nem illam.

Contigisse, credere sit. Sed quid cesso etià adire cum
Hoc ut tanto tamq; insperato quam primum gaudio
Impertiam lubentiorēm q; faciam, quam lubentia est.
Aperite ocyus hoc heus, ecquis hic ej; ecquis audite

ACTVS V. SCAENA II.

Tetrametri trochaici catlecticī.

Puer. Hanno. Gulussa.

Hoc
Quis pulvrauit osium? Han. Qui tibi proximus
asternuncia
vt prodeat Gulussa foras est qui illum conuentum es-
se uolt.
Puer. Nihil aliud dicam? Han. Ut uenire properet: ne
in mora mibi
Siet ita res est. Pu. Fecero. Han. At iam factum opor-
tuit uola.
Gul. O salue mi Domine. Han. Et tu multum salue Ga-
lussa mi.
Sed Ioseph iam buc, ex precepto regis, productio est
opus
Maximam cui letitiam ex triumphum adfero, ad-
uentu meo.
Gul. Optime factum, ex gaudeo. nam illi fauco iuueni-
quem

COMEDIA SACRA

59

quem ego
Esse scio honore quo quis dignum.Han.Est sancte at nunc.
matura.ita
Facto opus est.Gul.Curabitur.

ACTVS V. SCENA III.

Trimetri Trochaici,cataleptici.
Hanno. Joseph. Gulussa.

NVilla est conditio tam desperata,que
Non in melius,quom Diis uolunt,citâ
Resistat queat,quod de me adeò ciuiis
Facile est noscere qui nihil sanè minus
Atque pistorum ille prefectus,reus
Peccati in dominum meum regem,illo in crucem
Acto,ego clementia eius prisinae
Dignitati restitutus uiuo tamen.
Seà quem uolui,ecum.Ioseph ut plurimum
Saluere iubeo.Ios.Salve Hanno isthæcine
Est fides!Han.Peccavi,fareor uincor at
Nunc,quando tibi Deus & virtus tua
Reditum & restitutionem in meliorem statum
Aperuit,tuæ fuerit sapientia
Magnitudinisque animi,quod accidit,
Oblivisci quod instat,curæ habere.ita
Ac quom ac digium alijs factis tuis feceris.
Ios.More hominum fit Hanno,ut miserorum,male
In felicitate capiat obliuio.

AE

66 COMOEDIA SACRA

At ego illud, scio, quam doluerit cordi meo.
Han. At nunc gaude mi Joseph. Ios. Quid gaudeamus?
Han. Evidem iam te fortunatum fecero.
Ios. Istuc Deo in manu est, ubi dignabitur.
Han. At sine controversia Joseph, Dij
Te omnes adiuuant: Ios. Ita uelim, sed nihil
Sentio etiamum. Han. Falso ergo, ut sentias.
Ios. Quin dic, quid tandem est bona rei? Han. Accipe
bem,
A Parbone rege missus sum modò,
Ut te adducerem. Ios. Henr. Han. Ne uerear in bono
Animo es. Dij te, Joseph, seruatum uolunt.
Ios. Obsecronum nam ludis tu nunc me? Han. Egón?
Te quomobrem? Ios. Nescio, sed qui istuc credam ita
Esse, mihi dici uelim. Han. Dicam tibi.
Rex gemini sibi obuersati insomnijs
Confusus portentis ambagibus,
Cunctis diuinis, ac coniectoribus,
Et quotquot tota Aegypto sapientia
Prestante, consultis frustra, ut cui nihil
Explicare quidquam possint. quom magis
Inde etiam consternaretur, de tua
Ei oportune maximè sapientia
Suggesisti quondam ipse quam expertus fui.
Quare hic te accersum, iussit ire me,
Eiusdem quo beneficij, adiuvi mihi
Olim, nunc item ipsi facias copiam
Perpetuò sic cum deuincitur, simul

Et.

COM OE DIĀ SACK A

61

Et libertatem, et nobilitatem ex eo,
 Et gloriam ubi, et rem paritrus. Gul. Bene, ut
 Me Deus amet, factum gaudeo. Ios. Dic bonā
 Mihi fide isthac uerba dixisti Han. Bona.
 Non mihi credis? Ios. Deus supreme, iterum
 Mihi natus uideor, si uera prædicas.
 Han. Ita tu amet quām ego amo, ut haud mentior ubi
 Ioseph. Ios. Deus tibi oro semper omnia
 Optata offerat. eamus duc me ad eum obsecro.
 Gul. Isthuc Deus bene uortat. Ios. Ita spero quidem.
 Han. Fac modò animo presenti ut sis. Gul. Quin auē
 Mi Ioseph, ne committas nunc, ut tibi
 Ipse defuisse uideare. quod quidem
 Ita diuina occasione, atque indole
 Ista tam egregia, iuxta indignum foret.
 Bene gerundæ rei facultatem dat am
 Amittere, dementia est. Ios. Faciam sedulō.
 Han. Eamus iam ergo. Ios. Atque aliquanto lubentius,
 Quām quidem buc accessi. ô Gulussa, Vale,
 Gratias habeo atque ago merito maxunas
 Tibi, uicissimque ubi quid usus uenerit,
 Bene faxo lubens. Gul. Benignè dicis. Vale,
 Atque salue Ioseph. ac bene rem gere.
 Oh quid est quod nunc malim, quām quod iam huic
 Euenire intelligo. è pedore sic
 Ad benignorem tandem sortem uti
 Euchatur, uirtus ita ut meretur eius?
 Nam si hec regi interpretetur somnia,

vt

62 COMOEDIA SACRA

Ut fecit concipiis antehac suis,
Et libertatem ei, et opes, et gratiam,
Cumulate partum iri scio quod reliquom est,
Spectatores, qui uirtuem ducitis
Maximi, equum est Ioseph gratia,
Vos dare plausum postremo in comedie:

Omnis uni Deo gratia et gloria.

FINIS.

ACTA SACRAE DEDICATIONI
ferijs, quom et supplicatum est, ob clarissimum Domini
nus IESUS nomen inter gentes, Diuitia C. M. in Aphri
ca uictoria. M. Ioanne Teyngu Medico experientissi
mo, et Nicolao Gerardi F. Primus, hoc Praetore, illo
Consule, Orthodoxis Aemsterodami, An. a nato Chri
sto M. D. XXXV. Egerc ingenui adolescentuli, Pe
trus Comes Wlpipaludanus, Franciscus Teyngus, Gui
lielmus Sylvius, Reinerus Simonius, Ioannes Hudepo
lius, Egbertus Rodolphi F. Ioannes Cornelij F. Arnola
dus Tielmanus F. et Nicolaus Alardi F.

Edita M. Cornelio Dobbio Praetore or
thodoxe fidei obseruantibus.

